



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Adde De Spoliato in Beneficialibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

ADDE De Spoliato in
Beneficialibus.

Spoliatus ante omnia restitui debet, regula sibi locum vendicat in prophanis, Fallit 50 casibus quos posuit Corsetus tractat. de regia potestate, nunc regula inserta est inter Fallentias Socini, in verbo Spoliatus, quas omnes quasi ad verbum pro suis scripsit Iacobus Novellus in praxi criminali mox in fine Menochius tradit casus 43 in remedio recup. num. 39

Sed in beneficialibus spoliatus non restituitur nisi titulum possessionis justificaverit, & si titulum alleget infectum, tunc notorius defectus tituli ei obstat, nec restitui debet eleganter Bellamera decis. 639 incipiente. Allegans titulum. Oldradus consil. 225 in fine. Panor & Butrigarius in cap. in literis de resti. spoliat. Alexander in l. Naturaliter. §. nihil licuit. 10 de acquir. posses. Gigas de pensionibus quest. 47 numero. 7. Menochius in remed. 15 recup. posses. nu. 458 ubi declarat & limitat in spolio vel attentatis lite pendente factis & nostrum autorem citat. Idem tradit Rota decis. 2. de restit. spoliato in novis. Capella Tholos. decis. 15 Et justificatio ista tribus modis fit, primo, ostendendo titulum ab eo habitum qui confirmandi potestatem habuit. Secundo. Quod autoritate illius sit immixtus. Terrio, Quod sciente

&

& patiente illo actus possessorios exercuit, vide
Rebuffum de Annatis in concordatis Gallie. Mat-
theus Boyß Doctor.

25. FALLIT.

In causis etiam proprietatis beneficiorum in regalia vacantium, aut aliorum quorum collatio pertinet ad Regem: nam de talibus causis etiam contra clericos & inter eos in presenti regno cognoscunt iudices regij secularis. Regalia verò est quoddam jus, quod recipitur ecclesijs vacantibus, quibus plenis prælati perciperent illa. Sicut Rex Franciæ & Angliæ vendicant sibi in quibusdam Ecclesijs Cathedralibus suorum regnorum collationem, beneficiorum & præbendarum sede vacante, exceptis parochialibus quæ propter curam animarum non cadunt in regalias. Et illo etiã tempore dictarum ecclesiarum temporalia recipiunt, & sibi appropriant juxta moderationem de qua *in cap. generali de elect. lib. 6. ubi Domi.* Nec non bonæ memento. Philippi Pulchri quondam Francorum Regis quæ incipit. Item quantum ad regaliam editam per eum Paris. die Lunæ post medium. 40 Anno domini 302 ex quo patet quod istud jus competit Regi ab antiquo & sic de jure satis videtur posse sustineri.

A D D E.

Item planè tradit ferè iisdem verbis Costalius in l. 32 de quibus de legibus. Rex (inquit) Franciæ in quibusdam Episcopatibus jus Regaliæ, habet, hoc est, ut fructus beneficiorum suos faciat, quoad vacanti Ecclesiæ de Pastore sit provisum, Et interim vacantia beneficia conferat, ita Speculator tit. delegato. §. Nunc trademus, vers. Sed nunquid Legatus